

actiū est, tamen pro videri dedit. At Euthydemus accepit pro respicere et concludit quod potest aspicere vestes. [Nam aliquid est quod non est de numero eorum que sunt facere, ut aliquid eorum que sunt facere dictione significare sperinde accidat. Est a significantibus actio non ens accipere, ut actio ens significantiū, ut in ipso discernere et videre dictum est. Et modi sopsismatum circa dictionem tales sunt pro hoc sex sunt, et tales sunt quales sigillatim esse diximus.

DE LOCIS EXTRA DITIONEM.

Corum quodque extra dictionem sunt paralogismorum, species sunt septem. Una quidem propter accidens. Secunda autem propter id quod simpliciter, vel non simpliciter, sed aliquo modo, aut vbi, aut quando, aut ad aliquid dicitur. Tertia propter elenchi ignorantiam. Quarta propter consequens. Quinta propter id quod est in principio sumere. Sexta propter id quod non est causa, ut causam ponere. Septima vero propter plures interrogationes vnam facere.

Diximus etiam prius quod omnibus rebus diuisis in voces et res et in singulis horum paralogismis factis cuius dixerit Aristoteles factos paralogismos in vocibus quos etiam dictionem vocauit et differuerit de ipsis sufficienter quomodo sunt et quomodo solum constituunt. Nam postea etiam de ipsorum solutione dicit, nunc etiam ponit paralogismos factos ex rebus quos etiam nominat extra dictiones, quia non est hic dicitio, vel eius compositio, vel diuisio, vel tonus in dictione, vel spiritus, vel similis figura dictionis causa sit paralogismi. Sed cum differat etiam de his quomodo sunt de sopsistis, et constituantur procedendo etiam de solutione horum inuenienti disputabit. Porro prius etiam eos numerat valde plane quot et qui sunt. Septem igitur omnes, sed quales in sequentibus contēplabimur. Et prius aliorum est qui propter accidens.

Propter igitur accidens paralogismi sunt, quādo similiter quodcumque existimabitur rei, et accidenti inesse. Nam cum multa accidant eidem, non est necesse omnibus predicari, et ei de quo predicatur, illa omnia inesse. Sic enim omnia erunt eadem, ut sopsistę dicunt. At si coruscus est alter ab homine, ipse est alter a se. Est enim homo, aut si a Socrate alter, Socrates autem homo, ab homine alter dicunt esse confessum, nam accidit (a quo dicitur alterum esse) hunc esse hominem.

Primus modus sopsismatum extra dictiones est propter accidens, sit aut iste quādo aliquid ceteret omne quod aduenit predicato sopsistę accipere et dicere de subiecto de quo dicitur non debet paralogismus sit. Quādo igitur aliquid censeret similiter inesse aliquid rei et accidenti, rem dicit compositus et subiectum, accidit autem simpliciter omne predicatus, et si fuerit de numero eorum que substantia liter et per se insunt subiecto de quo predicatur, siue non fuerit. Inquit igitur quod non necesse est quot accidunt predicato et subiecto eadem accipere, verbi gratia predicatur

album de Socrate, inesse autē albo etiam color disgregatiuus visus, si quis igitur ceteret Socrati inesse hoc disgregatiuus visus sic dicens Socrates albus, et album est color disgregatiuus visus, igitur Socrates est color disgregatiuus visus facit propter accidens paralogismum. Non enim accidit ceteret subiecto necessario inesse, quod neque idem est accidens seorsus ens ab eo cui accidit, et accidens ad ipsum comparatum, et cuius hoc cui accidit ad hoc cui accidit solum comparatum, ut si quis diceret coruscus homo, homo alter a corusco est, igitur coruscus alter est ab homine, dicitur proinde sopsisma ob accidens, quod non idem est accidens seorsum et cuius eo cui accidit. Nam ut in superiore dicto a nobis exemplo sopsista dicens Socrates albus, albus color, igitur Socrates color in hac propositione Socrates albus accidens, et id cui accidit simul, ut vniū aliquid accipit, sed in hac album color accidens solū accipit sine subiecto. Sic et dicens coruscus homo vniūque aggregatiui accipit vna coordinatus hōies cum corusco et corusco, sed in hac homo alter a corusco se iunctū ipsius vniuersaliter accipitur, igitur est sopsisma propter accidens. Non enim quecumque accidunt simpliciter et se iuncto homini vniuersaliter, eadem necesse est etiam vna coordinato et coordinato inesse. Nam simpliciter accidit hoc ut sit alter a corusco, non necesse est igitur hoc et de corusco predicari, quia neque per se adest simpliciter homini. Nam quecumque substantialiter insunt huic eodem profecto et corusco insunt, sed quecumque non insunt substantialiter et per se, sed ut accidens velut in subiecto ipso habere esse non necesse est et corusco hęc inesse ut viro predicato accidunt plura. v. g. bisyllabum esse quod est alteri a corusco, et species animata sensibilis animalis sensibilia, non necesse igitur est hęc omnia, quę predicato accidunt et illi de quo predicatur inesse. Non enim quecumque de predicato dicuntur, hęc omnia et de subiecto dicunt, ut in predicamentis didicimus. Idem est in generibus et speciebus. Nam quecumque in substantia generis sunt cōplentia eius esse hęc necesse est et specie inesse, quę gēnia vniuersę de speciebus predicant, sed quecumque accidunt generi propter hęc non accidit vniuersę speciebus eius necesse est. Nam dicuntur accipere generi et quecumque vniuersę cuius species eorum que sunt in genere accidit, vel et est in substantia eius ut aial accidit albus, quod cignus cum sit aial albus est. Hęc porro sic dicta accipere generi, non necesse est etiā species accipere, vel magis hoc. Nam quia eisdem plura accidunt, non necesse est oibus predicari, et ei de quo predicatur tale esse. Accidit Socrati homo esse. Quia igitur eisdem plura insunt, non necesse est hęc omnia quecumque cuncta predicata sequeuntur inesse. Hoc enim deficit et substantia sequi. Nam hoc dicitur de quo predicatur. Non enim quecumque insunt animali et rationali, hęc etiam Socrati insunt. Neque enim Socrates differentia est, quod rationale de Socrate dicitur, neque bisyllabum, quia etiā animal gręce bisyllabum est. Similiter autem non si inest corusco homo et homini alterum esse a corusco, inuenit etiam corusco esse alterum a corusco, quia homini alterum esse a corusco per accidens erat. Si autem hominē accipere Socrati dixerimus magis abusive hoc diceret pro hoc inesse et predicari de ipso. Itē ipse quoque Aristoteles in doctrina de ipsis ad aliqd predicatōes Socrate hominē inquit esse, igitur dicitur sententia talis est. Sed finem dictionem si hoc coruscus alter est ab homine ut equale huic acciperetur homo alter a corusco. Constituetur autem Aristoteles est hoc facere et pluribus interpretationibus vti, ut planū est dictum. Et erit maior propositio paralogismi hęc. Nam illud. Est enim homo